soluend. intercessibis, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, Stabit existens Membranis Recogno scens Nobilis Basilius Baczynski Koltowicz sive eius suc cessores ad Instantiam praenominati Nobilis Iwan Baczyn ski Puhszyniec Donatarij sui vel ipsius posterorum ad Offi cium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc vice pro su prascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare seu parere, respondere, Damna praetacta Terrestria simplici ter absque corporali Iuramento taxata luere, inscriptioni hu ic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebi tur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praeter illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, pariter eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate promotioni, minoren nitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibus uis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem vel tria proximos Officij praefati Castrensis Ca pitanealis Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, appellationes ac earum prorogationes faci endo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalij Iuris praescriptione Terrestri, bello, convencioneque vel alijs quibusuis Iuris re medijs et defensis non subterfugiendo nec modo quouis evadendo, Hac sua personali Recognitione ad Acta praesentia mediante.

Kuczynski Grochowskie Quiett.

et Consortem statuet:

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Praemislien. Nobilis Stanislaus Kurzynski Sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq; suis quibusuis proprijs et competen. receden. Praesenti uero castrensi Capitaneali Praemislien. Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, seseq; Success-soribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq; submittendo palam, liberè, publicè, ac expresse recognouit. Quia ipse suo et Nobilis Annae Puchowska Consortis suae legitimae nomine pro Cuius rati habitione cauet ac se praesentibus Inscribit nomine Generosum Stanislaum à Prochowce Prochowski de Scripto certo manuali ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto Contentarum de actu eiusdem scripti Praemisliae die decima mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo in rem et manus sui Recognoscentis praefataeq; Consortis suae confecti et conscripti; manu eiusdem Generosi Prochowski subscripti, Actis Terrestribus Praemislien. cum Interpositione Vadij Trecentorum florenorum polon. roborati; ipsaq; eadem summa Trecentorum florenorum Polonicalium, nec non eadem Inscriptione Terrestri Praemisliensi Roboratoria, tum de quibusuis Scriptis membranis Chyrographis roboratis, et non roboratis, summisq; tam mutuatis quam pro deseruita mercede in Vim salarij sibi Recognoscenti et praefatae Consorti suae debitis, generaliter uero omnibus praetensionibus adhanc diem intercedentibus ob praestitam totalem et integram Satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq; et absolutum perpetuo facit et pronuntiat. Scriptum praefatum manuale eiusq; Roborationem atq; Chyrographa, membranas, et quaeuis scripta Cassat, mortificat, et annihilat, sibi suisq; successoribus ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Nihilominus is idem Recognoscens Nobilis Stanislaus Kurzynski se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq; pecuniarijs quibusuis habitis et haben. supresingo [illegible] Stanislao Prochowski eiusq; posteris inscribit et obligat praesentibus, praefatam Nobilem

Annam

Annam Pucllowska Consortem suam legitimam cum personali sui
assistentia intra decursum duodecem septimanarum, ad appro=
bandum per ipsam Inscriptionem praesentem Quietatoriam, vel simile Con
sensum Inscribi faciendum ad Acta quaevis authentica Regni vim
perpetuitatis in se habentia, vel in eventum mortis successores illi
us adducere et personaliter statuere, absque vel eius successoribus
ut praemissa debite exequantur efficere, Sub Vadio Trecentorum
florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius poste
ros supraescripto Nobili Stanislao Prochowski vel eius successoribus
ob non statuitionem eiusdem Consortis suae statuendae, vel in even
tu mortis successorum illius, pro tempore et loco succedentis ex oppo
sito reluendo succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo prae
misso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex prae
missis non complera complenda, praefataque Consorte sua non statuta
statuenda citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Sta
nislaus Kurzynski, sive eius successores, Ad Instantiam praefati Nobilis
Stanislai Prochowski, vel eius posterorum ad Officium praesens Ca
strense Capitaneale Premisliense, extunc recens seu supraescripto quoad re
spondendum spectat mediante, semper in primo citationis ter
mino, tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, Va
dium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudica
tum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem
Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, mi
norennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servi
tio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusvis dila
tionibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem
vero proximos Officij praefati Castrensis Capitaneale Premisliensis Terminos
dilationem sibi non accipiendo, nullasque motiones, appellationes
ac earum protectiones faciendo, ac praemissa omnia pro vicibus singli
cibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, et alijs Iuris pro

sionie

scriptione Terrestri, bello, conuentioneq́, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis eua dendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi, Sabbatho In Vigilia Festi Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistae Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo nono.

22/VI 1669

Ex Cod.

Miaskowska Likowskie Cedit.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Comparens personaliter Generosa Zophia Miaskowska olim Nobilis Alberti Goyski Consortis derelicta Vidua Sana mente et corpore existens, à Terrestribus districtibus Iuribus Iurisdictionibusq́ suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo: Praesenti Iuri Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, seum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq́ subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Qua ipsa de omni et integro Iure suo nempe de summa Trecentorum florenorum sibi Recognoscentis per olim Generosum Albertum Siennicki super bonis suis generaliter omnibus, modo simplicis debiti Actis Castrensibus Cernensibus Feria Tertia post festum Natiuitatis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo octauo ad soluendum assecurata, nec non de eadem ipsa Inscriptione Castrensi Cernensi Debitorea suo in tenore de praemissis latiori cum omni praemissorum Iure, proprietate, competentiaq́ et praerogatiua quauis omnibusq́ et singulis Inscriptionis praedictae Debitoreae atq́ praesentis Iuris cessi Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis Vadio ligamentis ac nexibus generaliter vniuersis, summae quoq́ memoratae Trecentorum florenorum polonicalium Vtilitatibus, fructibus, prouentibus redditibus Commodis emolumentis, obuentionibus attinentijs ac pertinentijs generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris proprietatis